Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



60

humilib⁹ quia dum se deicium. addi similitudinē ascen
dunt. Dicatur elatis. quia dum se erigunt. in apostate angli
imitationē cadunt. Quid itaq; elatione deiectius. que dum
supra se tendit. abaltitudine uere celsitudinis elongatur. Et
quid humilitate sublimius. que dum se infima deprimit. auc
tori suo manenti supsumma coniungit. Et tamen aliud quod
meis debeat caute pensari. quia sepe quidam humilitatis de
cipiunt specie. quidā uero elationis sue ignorantia fallunturr.
Nam plerumq; nonnullis qui sibi humiles uident. si qui hom
nibus deferri ñ debet coniunctus ē timor. Plerumq; uero
elatos comitari solet libere uocis assertio. & cum quedā incre
panda sunt uitia. illi reticent ex timore. & tamē tacere se esti
mant ex humilitate. Isti locuntur pinpacientia elationis.
& tamen loqui se credunt plibertatē rectitudinis. Illos ut
peruersa non increpent subspecie humilitatis premit culpa
formidinis. Istos ad increpanda que ñ debent aut magis
increpanda quā debent subimagine libertatis effrenatio
impellit timoris. Unde & elati admonendi sunt. ne plus
quam decet sint liberi. Et humiles admonendi s. ne plus quā
expedit sint subiecti. Ne aut illi defensionē iusticie uer
tant in exercitationē supbie. aut isti cum student plusquā
necesse ē hominib⁹ subici. compellant eorū uitia uenerari.
Considerandum uero ē quod plerq; elatos utilius corripim⁹
si eos correptionib⁹ quedā laudum fomenta misceamus. Infe